

6.3 - disposizioni testamentarie e amministrative, anni 1130.-1323. (carte 113. t.o - 114.).

Ex Rodulo Pergameno Archivii Capitularis

(sesto fascicolo - carta 113. tergo)

In (*in margine*) Christi Nomine amen. Anno Domini 1195. inditione 13. die veneris X. intrante Novembre in Presentia Domini Pelegrini divitis palmaritii de reso Sclavi de rivali. Adelmarii de Leuntio, Bonifacini de rachisio, et alliis¹.

Conradinus filius quondam Albertini todeschi Vassallus Tarvisinae Canonicae fecit fidelitatem decano Tarvisinae Ecclesiae Canonico. Et Massario aliisq. canonicis qui in ipsa Canonica modo sunt et successoribus suis catholicis contra omnes hamines salva fidelitate suorum anteriorum Dominorum si quos habet.

Actum Tarvisii in Ecclesia Sancti Petri etc.

Ego Serandinus Sacri Palatii Notarius interfui, scripsique Rogatus.

Ex lib. A. maximo Archivii Capitularis

In (*in margine*) nomine Domini Dei Eterni. Anno Dominice incarnationis 1153. tercio die intrante Mense Junii inditione prima².

Ego quidem Corradinus de Caserio facio et ordino testamentum meum per nuncupationem. Instituo enim Gislam filiam meam heredem. Salva ratione quam Mabilia uxor mea debet habere. Canonicae Sancti Petri relinquo mansum unum quem modo habeo ad manus meas in laubiola quondam vectum per Tarvisium, et dimidium mansum ibidem quem habet filius riberti ad feudum a me. Et dimidium mansum in Quinto et unum in Lanzanigo, quos habet Bertaldus de Vascone ad feudum a me. Hospitali vero Sanctae Marie de Plavi mansum unum in Pauliano, Leonardo nepoti meo mansum dal trojo. Eolicam cum filiis et filiabus et nepotibus suis liberos relinquo cum omnibus rebus quas habent et tres filias artusii et ficiam filiam Acili de plavi similiter liberas esse volo. Cetera vero omnia bona mea et familiam meam relinquo Gisliae filiae meae. Et si ipsa filia mea decesserit sine liberis volo ut post mortem eius omnes sint liberi cum omnibus rebus quas habent a me.

Volo etiam ut Ser Johanes de torcelo habeat mansum unum in motello clausito, et Leonardus Nepos meus habeat partem meam de castro de plavi. Aliam vero totam proprietatem meam volo ut habeat Canonica Sancti Petri pro anima mea et Parentum meorum. Tutelam et curam filiae meae relinquo Mabiliae uxori meae.

Actum (*inizia in margine*) est a me Tarvisii in domo in qua habitare visus sum sub presentia Canonicorum Presbiteri rustici presbiteri tarvisii Presbiteri iohannis, Enrici diaconi. Magistri adae. Magistri Doni, Joanis Rovarii, Dondonis, Dominici custodis, et capellanorum, Johannis Boni de Feltre, Bonifacii de stana Potestatis filii Crispi, Cittadini filii Tarvisii de Maurito, Joanis Werre, Acili de lambardo, Tizonis filii portae novae, Witoni filii pignole, Gerardi trofee, omnium rogatorum testium. Postea etiam hoc idem confirmavi in presentia domini mei Blanci Episcopi et multorum aliorum.

Quidem (*inizia in margine*) et ego theodolus notarius rogatus interfui scripsi et complevi.

Ex rodulo Pergameno Archivii Capitularis

In nomine (*inizia in margine*) Sancte et jndividue Trinitatis

Ego GG. Dei gratia tarvisinus, quamvis indignus Episcopatus . . .

¹ (*a lato, in margine sinistro*) 1195. 10. 9.bris Conradinus Vassallus Tar. Can.cae fecit Fidelitatem Decano et Can.cis etc.

² (*come sopra*) 1153. 3. Junii Testamentum Corradini de Caserio.

hoc breve ad perpetuam memoriam nostris nostrorumque successorum futuris temporibus retinendam fieri praecipimus³.

Decet N. Episcopalem clementiam Sanctis et Venerabilibus locis ad sussidium et quietem Deo servitium aliquod conferre, ab eorum reliosis precibus semper anuere, quatenus ipsorum interventu interposita nobis tanti ponderis Sarcina levior fiat divina opitulante misericordia.

Ea propter ego G. G. Tarvisinae Ecclesiae licet immeritus dictus Episcopus dedi Her.⁴ Venerabilis Monasterii S. B. Abbatis Suorumque Fratribus (sic) precibus annuens Ecclesiam S. Helene, quam consecravimus, et quae olim a nostris parentibus Eidem venerabili Monasterio jure proprietatis fuerat tradita ac Libertate donavimus videlicet ut ab omni subiectione, seu exactione et inquietudine tam episcopi quam archipresbiteri, seu Archidiaconi aliorumque clericorum omni tempore in perpetuum personaliter sit libera et immunis, salvo Episcopali jure, ut monachorum clerici ibi debentes Ordines et consecrationes chrisma quoque ac oleum a Tarvisino Episcopo, si tamen Catholicus fuerit, gratis accipiant.

Sepulturam autem eiusdem loci omnino liberam esse sancimus, ut eorum, qui ibi sepeliri deliberaverint devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat.

Nec Fratres ibi degentes interdictionem vel excommunicationem parochie, divinorum officiorum suspensionem patiantur, sed tam monachi ipsi quam famuli eorum clausis ecclesiae januis, nec amissis diocesanis divinae Servitutis officia celebrent et sepulturae debita peragant, elemosinas vero que ibi vel pro vivis vel pro defunctis ab aliquibus undecumque fiant integras fratribus ibi degentibus habere concedimus, quibus etiam decimam fructuum, quos suis sumptibus laboribusque coegerint quietas ilibatasque confirmamus.

Hec autem omnia ita prefatum Monasterium cum omnibus sibi subiectis locis per multa apostolicae Sedis privilegia habere noscitur. Poro predictam Ecclesiam sicut a nostris Parentibus eidem venerabili Monasterio jure proprietario dudum est tradita. Ita nos quoque ipsi habendam confirmamus si quis ergo nostrorum (successorum) vel alia quelibet persona ujus (*sic*) nostrae concessionis paginam . . .

(*sesto fascicolo - carta 114.*)

quod absit, infringere temptaverit, et prefatum locum fratresque ibi manentes inquietaverint sciet se compositurum centum libros argenti eidem loco, haec tamen scripta in suo robore permanente.

Et ut hoc certius credatur, et firmiter teneatur Oprando notario hanc nostrae concessionis cartulam scribere rogavimus, quam nostrae quoque manus suscriptione corroboravimus et testes adesse rogavimus.

Actum Hoc anno dominicae incarnationis 1130. II. K. das junii inditione 8.

Ego S. Tarvisinae Ecclesiae Episcopus hoc breve a me factum Manu propria roboravi etc.

Ego Presbiter Federicus interfui et scripsi. J. ohanes Bonus de Mestre. Hermanus.

Testes interfuerunt Amalviae. Enricus Guinorum. Todomas Filius Manfredi judicis.

De Familia Walpertus. Oto Er. Bononii. Teodaldus. Conradus. Conogrius.

Ego qui supra Oprandus Notarius scriptor huius cartulae post tum dictam rogatus scripsi complevi.

Ego Sivianus Sacri imperii F: tabelio hoc ex autentico Oprandi Notarii sumptum, ut in eo Vidi et Legi, Nil adens vel minuens quod sensum mutet, bona fide rescripsi et signo corroboravi.

**Ex Rotulo Pergameno Archivii Capitularis
ac etiam in lib. A. Max. fol. 88. t.o: 1.**

. . .

³ (*a lato, in margine sinistro*) 1130. 22. Maggio. E. pis Tarv. donat Eccl. am S. Helene Heremitis S. Benedicti, subscribentibus Can. cis.

⁴ (*come sopra*) Heremitis

In nomine D.ni Dei Aeterni (*in margine*).

Breve recordacionis pro futuri temporis securitate.

Die Lune, qui est quintus decimus entrante mense Julii,

presentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur⁵. hii sunt presbiter Leo eccl.ie S. Johannis de curte. presbiter Romanus eccl.ie S. Augustini. presb. Bernardus S. Gregorii. Presb. Joh. nes de fara, Presb. Petrus de Silvella; Presb. Johannes de pisilla, presb. aureus de asilo. Warnerius clericus, Dom. cus custos, arnoardus.

Investivit D. nus gregorius tarvisine Eccl.ie E. pus Can. cos. S. ci Petri civit. tarvisii de plebe de Medolo cum omnibus eidem Plebi pertinentibus, tali pacto, et tali convencione, quod nullus archipresbyter, nullus Archidiaconus, nulla pr. sus Persona, nec etiam ep. s aliquam potestatem⁶, vel districtum de supradicta Plebe, nec de his omnibus, quae ad ipsam Plebem pertinent, habeant. exceptis duabus partibus Sinodi, quas ipse Ep. s habere debet, terciam vero dicti Canonici habere debent.

Et hoc quod supra legitur, scilicet istam investituram predictae Plebis fecit ipse ep. s pro redemptione suorum delictorum, ac etiam per concessionem, quam ipsi Canonici illi e. po fecerunt, vid. eccl.ie S. Cristine, similiter cum his, que ad ipsam Eccl. iam Sancte Cristine pertinent. Hoc est dotibus, et quartisanis.

Actum in Civitate Tarvisii in Capitulo predictae Can: ce feliciter. Anno Dom. ce incarnationis Mill. o Cent. o XLVI. isto die indicione nona.

Quidem et ego marcus Sacri Palacii notarius ac iudex interfuit (*sic*), et hoc breve recordationis rogatus scripsi, complevit (*sic*).

Ex lib. A. Max. Arch. Cap. Irlis c. te 59. n. o 2.

MCCCXXII. Indic. X. Die vigesimo mensis aprilis⁷

praesentibus DD. Guidone Avogario, Mathaeo Roberto de Salam. Jud., Fulcerio de Scotis de Coneclano, amadrisio Mansionario Eccl. iae Tarvisinae, Marco gajoto not., et aliis.

Cum Venerabilis Pater D. Castellanus dei gratia E. pus Tarv. Parochialem Eccl. iam S. ti Gregorii positam in Civitate Tervisii ad ipsius Domini E. p Ter. collationem pleno jure spectantem desideraret permutare cum parochiali eccl. ia S. Sophiae sita in suburbio S. Mariae Majoris Civit. Terv. ad Capitulum majoris eccl. iae Ter. pleno jure spectante, et dictum Capitulum commutationem praedictam similiter affectaret; ipse D. E. pus causa permutationis praedictae sponte, et libere dictam Eccl. iam S. Gregorii cum iuribus suis Cap. lo antedicto resignavit, tradidit atque concessit, et quicquid juris habebat in ea, ita quod decetero praedictum Cap. lum ipsam Eccl. iam S. Gregorii, cum vacaverit, conferre possit libere, quemadmodum posset ipse D. E. pus antedictus; et versa vice, praedictum Capitulum Ter. vid. DD. Bonacursius Decanus, Azo Archid., Magister Petrus de umo (*sopra, corregge c. verona*), presby. Corsius, parisius de Sulico, Achilleus de Moterecia, et Tadeus de Scotis de Coneglano filius Dusii in capitulo tamquam Capitulum ad haec specialiter congregati, habito super hoc prius diligenti tractatu super dictam eccl. iam S. Sophiae cum suis iuribus, causa permutationis praedictae, et omne jus, quod habebant in ea sponte, et libere ipsi D. no E. po resignaverunt, dederunt, et tradiderunt, ita quod ipse D. E. pus de cetero ipsam Eccl. iam S. Sophiae, cum vacaverit, conferre possit, cum voluerit, quemadmodum poterat Capitulum antedictum, per hoc intendens ipse D. E. pus, et Cap. lum de praedictis ecclesiis commutationem ad invicem fore factam.

Actum Ter. in Contrata de Domo in e. pali palacio.

[ommissa legalitate 4: or Not.]

⁵ (*a lato, in margine sinistro*) 1146. Permutatio Eccl. e Meduli E. pi Tarv. cum Eccl. ia de S. Cristina cum Capitulo.

⁶ (*come sopra*) V. Mattheucci Official. Cap. 19. n. 1. pag. 131.

⁷ (*come sopra*) 1322. 20. Ap. lis Instrumentum permutationis Eccl. iae S. Sophiae pro Eccl. ia S. Gregorii.